



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

9. Modus recitandi facilè Rosarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

PARS NONA.

Modus recitandi faciliè Rosarij.

VT tantò faciliùs, & diligentius Sodal-
 es in recitando Rosario mysteria
 proposita percurrant, modum sat oppor-
 tunum, & facilem subiiciemus. Is est, vt
 antequàm decadem aliquem inchoes, my-
 sterium quod in ea meditandum est, bre-
 uiter in memoriam reuoces, retinendum
 postea, dum decadem absoluas. Deinde
 sub initium Orationis dominicæ, Deum
 velut præsentem animo subiicias, vt pa-
 trem. Sub initium Salut. Angelicæ, bea-
 tam Virginem, vt matrem; vt nimirum
 imaginatio circa id occupata, euagari huc
 illuc non possit. Vel certè imagineris te
 ferri per ea loca, in quibus ea mysteria fa-
 cta sunt, illisque te præsentem esse cogites,
 ac si ea oculis tuis haberes proposita. Quod
 citra difficultatem magna animi voluptate,
 sensuque fieri potest; sicut ociosi ali-
 quando imaginamur nos totam Hispaniã
 percurrere, videre, intuerique mira, &c. Et
 die quidem Dominico, & feria 5. tertij ge-
 neris mysteria, quæ gloriosa dicuntur. Fe-
 ria 2. 3. & Sabbatho, primi generis, quæ gau-
 diosa appellantur. Feria 4. & 6. ea que lu-
 gosa

et uosa nuncupantur expendi & considera-
ri possunt.

Ad faciliorem quoque mysteriorum
considerationem quidam vir doctus, &
pius insignem modum suggerit; ut ad sin-
gulas scilicet decades, mysterium ipsum,
cui volumus intendere, in ipsis salutatio-
nibus Angelicis tribus uerbis intersera-
tur, hoc pacto.

In Rosario Gaudioso.

*Ad decades singulas, cum peruentum
fuerit ad nomen I E S U S
adijciatur*

1 } 2 } PV 3 } 4 } 5 }	{ { { { {	Quem	Virgo concepisti.	S. Maria Mater Dei, ora pro no- bis pec- catorib ⁹ , &c.
			Visitando Eliza- beth portasti.	
			Virgo genuisti.	
			In templo præ- sentasti.	
			In templo inue- nisti.	

E 2 In

In Rosario Doloroso.

Ad decades singulas, cum peruentum fuerit ad nomen IESVS, adijciatur

Ad	1 2 3 4 5	} qui pro nobis	Sanguinem sudauit.	} Sancta Maria Mater Dei &c.
			Flagellatus est.	
			Spinis coronatus est.	
			Crucem baiulauit.	
			Crucifixus est.	

In Rosario Glorioso.

Ad decades singulas, cum peruentum fuerit ad nomen IESVS, adijciatur

Ad	1 2 3 4 5	} Qui	Resurrexit à mortuis.	} Sancta Maria &c.
			In cœlum ascendit.	
			Spiritum Sanctum misit.	
			Te assumpsit.	
			Te in cœlis coronauit.	

Mart. Na- Quidam alius pius, iuxta & doctus, cum
uarrus Mis 60. amplius annos habuisset consuetudi-
celan. 24. nem quotidie recitandi Rosarij, negat se
melius quicquam reperisse ea exercitatio-
ne, modoque, quem initio huius partis
septimæ proposuimus. Is quoque abso-
luta

luta quauis decade, quasi animi recitandi causa, hisce verbis ad gratulationem se excitabat.

Absoluta prima. Decies millies te benedicat virgo Mater, gloriosa Maria, omnes Angeli, & Archangeli, vniuersique Curiae coelestis Spiritus, cum quibus speramus te aliquando videre, colereque in caelo. Amen.

Post 2. decadē. Vicies millies te benedicant, virgo mater, gloriosa Maria, omnes SS. Patriarchae, Prophetae, Innocentes, S. Ioannes Baptista; & omnes Sancti antiqui testamenti; cum quibus speramus te aliquando videre, colereque in caelo. Amen.

Post 3. Tricies millies te benedicant, virgo mater, gloriosa Maria, omnes sancti Apostoli, discipuli Domini, Euangelistae, omnesque gloriosi martyres; cum quibus &c.

Post 4. Quadragies millies, &c. omnes SS. Confessores, Episcopi, Doctores, monachi, Eremitae, virgines, vidui, coniugati; cum quibus, &c.

Post 5. Quinquages millies te, &c. Sancta Anna mater tua, & Mariae cognatae tuae, amicissimaeque; tibi Magdalena & Martha, omnes sanctae virgines, viduae, coniugatae; cum quibus, &c.